



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

Qu[omod]o fiat ostru[m] coloru[m] o[mn]ium factitioru[m]  
excellē[n]tissimum. Ca. XIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

## LIBER

Quomodo fiat ostrum colorum omnium factitiorum  
excellētissimum. Caput. XIII.

**P**incipiam nunc de ostro dicere, quod & car-  
rissimam, & excellētissimam habet prae-  
ter hos colores aspectus suavitatē. Id autē  
excipitur ex conchilio marino, è quo purpura infici-  
tur, cuius non minores sunt q̄ ceterarum naturā re-  
rum considerantibus admirationes, q̄ habet non in  
omnib⁹ locis, qbus nascitur, unius generis colorē,  
sed solis cursu naturaliter temperatur, Itaq; quod le-  
gitur punto & gallia, q̄ hæ regiones sunt proximæ  
ad septentrionem, est atrum, progradientibus inter  
septentrionem & occidentem inuenit liuidum, Qd  
autem legitur ad æquinoctialem orientem & ocaden-  
tem, inuenit uiolaceo colore. Quod uero meridi-  
anis regionibus excipitur, rubra procreatur potestate,  
& ideo hoc rubrum Rhodo etiam insula creatur, ca-  
terisq; eiusmodi regionibus, quæ proximæ sunt solis  
cursui, Ea conchia cum sunt lecta, ferramentis, cir-  
ca scanduntur, è quibus plagiis purpurea sanies, uti  
lachrima profluens excussa in mortariis, terendo co-  
paratur, & quod ex concharum marinārum testis exē-  
mitur, ideo ostrum est uocatum, Id autem propter  
falsuginem cito fit siticulosum, nisi mel habeat cir-  
cumfusum.

De purpureis coloribus. Caput. XIII.

**P**iunt etiam purpurei colores infecta creta  
rubie radice, & hysgino, non minus & ex  
floribus alii colores. Itaq; tectores cum uo-  
lune si Atticum imitari, uiolam aridam coniuentes